



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 vtrum vti obseruantijs ad immutationem corporum (puta ad sanitatem,  
& huiusmodi) sit licitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS II.

¶ Super quest. nonagesime sexta articuli secundum.

Utrum obseruationes ad corporum immutationem ordinatae, puta ad sanitatem, uel ad aliquid huiusmodi, sint illicitae.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod obseruationes ordinatae ad corporum immutationem, puta, ad sanitatem, uel ad aliquid huiusmodi, non sint illicitae. Licitum enim est uti naturalibus uirtutibus corporum ad proprios effectus inducendos: res autem naturales habent quasdam uirtutes occultas, quarum ratio ab homine assignari non potest, sicut quod adamas trahit ferrum, & multa alia quae Aug. enumerat 21. de ciui. Dei. ergo uidetur quod uti huiusmodi rebus ad corpora immutanda, non sit illicitum.

¶ 2. Praet. Sicut corpora naturalia subduntur corporibus celestibus, ita etiam corpora artificialia: sed corpora naturalia fortiter quasdam uirtutes occultas speciem consequentes ex impressione celestium corporum, ergo & corpora artificialia, puta, imagines, fortiter aliquam uirtutem occultam a corporibus celestibus, ad aliquos effectus candos, ergo uti eis & aliis huiusmodi, non est illicitum.

¶ 3. Praet. Demones etiam possunt multipliciter corpora transmutare, ut dicit Aug. 3. de Trinitate. sed eorum uirtus a Deo est, ergo licet uti eorum uirtute ad aliquas huiusmodi immutationes faciendas.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 2. de doctr. christ. quod ad perfectionem pertinent molimina magicarum artium, & ligatura, & remedia, quae medicorum quoque disciplina condemnat siue in praecantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres uocant, siue in quibuscunque rebus suspendendis atque insignandis.

RESPON. Dicendum, quod in his, quae sunt ad aliquos effectus particulares inducendos, considerandum est utrum naturaliter uideatur posse tales effectus causare: si non erit illicitum. Licet enim causas naturales ad proprios effectus. Vnde si naturaliter non uideatur posse tales effectus causare, consequens est, quod nec adhibeatur ad hoc effectus causandos rationem causam, sed solum quasi signa: & sic pertinent ad pacta significationum cum demonibus inita. Vnde Aug. dicit 21. de ciui. Dei, Aliter demones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectationibus per sua diuersitate diuersis,

Secunda Secunda S. 1. homae.

IN arti. 2. eiusdem q. 96. not. in responsione ad primum, ly putatur habere naturalem uirtutem: quoniam hinc habes, quod quando aliqui adhibent lapides, herbas, imagines, uel aliquid huiusmodi ad sanandum uulnus, uel mitigandum dolorem, & huiusmodi, putando quod adhibent naturales, uel diuinas causas, etiam si erent, excusantur a superfluitate, nisi ignorantia sit causa & supina, excusationisque non capax.

¶ In eodem arti. in responsione ad secundum, quaestio occurrit de imaginibus astronomicis simpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem, quia tota ratio quare damnantur figurae astronomicae, est, quia in ueritate non sunt causae, sed signa non naturalia, sed demoniaca. Ratio autem quare non possunt esse imagines astronomicae de numero causarum, assignatur ex parte agentis, quia sunt a conceptione artificis: ex parte causae formalis quia forma artificialium est ordo, compositio, aut figura, quae non est principium actionis naturalis. Haec rationes hic, & in tertio contra Genti. cap. 105. & in quolib. 12. arti. 14. sunt fundamenta conclusionis. Sed haec rationes non concludunt necessario intertum, quoniam quod ad causam efficientem dicitur, quod sicut hic homo generatur ab homine & Sole, ita haec imago fit ab artifice & celesti corpore, cum sit opus corporale, ac per hoc subiectum celesti actioni. Quod ad causam uero formalem dicitur primo, quod licet figura non sit principium actionis naturalis, est tamen compositio actionis naturalis, ut patet in motu grauium. Idem namque graue, puta ferrum, si lata sit figura, natat in aqua: si acuta

3. con. c. 105. Et opus. 26. Et Gal. 4. lc.

Li. 21. c. 5. & 7. tom 5.

Lib. 3. c. 8. & 9. tom 3.

Lib. 2. ca. 20. tom 3.

Li. 21. c. 6. circa med. to. 5

notoria, etiam si per demones sortitur effectum. SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 18. Non inueniatur in te qui quaerat a mortuis ueritate, quae inueniatur in te qui quaerat a mortuis demonum: sed quidem inquisitio inuitur auxilio demonum: sed per obseruantias actus notoriae inquiritur cognitio ueritatis per quaedam pacta significationum cum demonibus inita: ergo uti arte notoria non est licitum.

RESPON. Dicendum, quod ars notoria est & illicita, & inefficax. Illicita quidem est, quia utitur quibusdam ad scientiam acquirendam, quae non habent secundum se uirtutem causandi scientiam, si inspectione quarundam figurarum, & prolatione quorundam ignotorum uerborum, & alijs huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars non utitur his, ut uirtutibus, sed ut signis, non autem ut signis diuinis, sicut & aliae artes nugatoriae, uel noxiae superfluitatis, ut Aug. dicit 2. de doctr. christ. Est etiam huiusmodi ars inefficax ad scientiam acquirendam. Cum enim per huiusmodi artem non intendatur acquisitio scientiae per modum homini conaturalem, sicut ad inueniendum, uel ad didicendum, consequens est, quod iste effectus uel expectetur a Deo, uel a demonibus. Cerum est autem aliquos a Deo sapientiam, & scientiam per infusionem habuisse, sicut de Salomone legitur 3. Reg. 3. & 2. Paral. 1. Dominus etiam discipulis suis dixit, Luc. 21. Ego dabo uobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri, sed hoc donum non datur quibuscumque, aut cum certa obseruatione, sed secundum arbitrium Spiritus sancti, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientie secundum eundem spiritum: & postea subditur. Haec omnia operatur uerus atque id est spiritus diui. lingulis prout uult. Ad demones autem non pertinet illuminare intellectum, ut habitum est in prima huius operis parte. Acquisitio autem scientiae, & sapientiae fit per illuminationem intellectus: & ideo nullus unquam per demones scientiam acquisiuit. Vnde August. dicit in 10. de Ciuitate Dei. Porphyrium fateri theurgis theletis in operationibus demonum animae in intellectu nihil purgationis accidere, quod eam faciat idoneam ad uidentium Deum suum, & perspicenda ea, quae uera sunt, qualia sunt omnia scientiam in thoremata. Possent tamen demones uerbis hominibus colloquentes, exprimere aliqua scientiarum documenta, sed hoc non queritur per artem notoriam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod acquirere scientiam bonum est: sed acquirere eam modo indebito non est bonum: & ad hunc finem intendit ars notoria.

AD SECUNDVM dicendum, quod pueri illi non abstinebant secundum uanam obseruantiam artis notoriae, sed secundum auctoritatem legis diuinae, nolentes inquinari cibis gentilium: & ideo merito obedientie consecuti sunt a Deo scientiam, secundum illud Psalm. 118. Super senes intellexi, quia mandata tua quaesii.

AD TERTIUM dicendum, quod exquirere cognitionem futurorum a demonibus non solum est peccatum propter hoc, quod ipsi futura non cognoscunt: sed propter societatem cum eis initam, quae etiam in proposito non habet locum.

si acuta, submergitur. Coeficit ergo, vel impedit figura naturalé motum. Apparet quoq; manifeste in instrumentis artium quantum cooperet figura, ut patet in terra, & hmoi. Df secido, q; licet figura, in quantum figura, & in quantum artificialis, non fit actionis principium, in quantum tamen imago coelestis figuræ, gerit vicé illius, cuius est imago: & sic remaneat questio ambigua simpliciter.

Ad hominem vero, quia aut author hic retractat quod concessit in 3. contra Gen. cap. 1. 05. aut nō. Si nō sequitur q; imagines astronomice sint tolerabiles, si sine characterib; fiat: & quod conclusio istarum rationum non vt sonat in loco hoc fit accipienda, & oportet glossam inuenire non destruentem hunc textum: quoniam ibi post discussionem quo modo figura non potest suscipere influxum coelestis virtutis, subiungit hæc verba, Quia vero figuræ in artificialibus sunt quasi formæ specificæ, potest aliquis dicere, quod nihil prohibet, quin constructio nem figuræ, quæ dat speciem imagini, consequatur aliqua virtus ex influentiâ coelesti non secundum quod figura est, sed secundum quod causat speciem artificiatam, quod ad id pertinet virtutem ex stellis. Sed de literis quibus inscribitur aliquid in imagine, vel characteribus, nihil aliud potest dici, quam q; signa sunt hæc ibi. Si vero retractat illa ibi dicta, mirum est, q; non meminerit huius obiectionis, seu euasione de constitutione figuræ, in quantum specificans est.

Ordine retrogrado respondendo ad secundum dubium, quod est ad hominem, dicitur, quod cum clare, & apertè in hæc litera concludatur vniuersaliter, quod corpora artificialia ex impressione coelestium corporum nullam virtutem sortiuntur, in quantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: & huic conclusioni repugnet illud, quod ex lib. contra Genes. affertur, scilicet quod artificiatum, in quantum constituitur in specie artificiali, conuenit corpori artificiali in quantum artificiale, immo hoc est constituere ipsum corpus in tali esse artificiali: & rursum hoc non conuenit artificiatum solum secundum materiam naturalem, sed ratione figuræ quæ est forma: in litera autem expresse dicitur, quod non sortiuntur in quantum artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: quia, inquam, clare apparet intentio authoris in litera, quam condidit post libros contra Genes. vt in principio primæ partis ipse insinuat, dicens, quod non solum pro doctis & car. ideo dicitur, quod author non retractat se proprie loquendo: quia illa verba non dixit in propria persona, sed dixit, Posset aliquis dicere: sed confutauit. & exclusit hoc in loco, quod ibi non exclusit. Quod nullum est inconueniens, cum naturaliter homo proficiat secundum intellectum: nec oportuit meminisse specialiter figuræ, in quantum reponit in specie artificiali, summarie docens de artificialibus, in quantum artificialia tam ratione formæ, q; materiæ, vt in litera sit. Sed quoniam author in lib. contra Gen. post discussionem hanc materiam diffinxit figuram ab alijs formis artificia-

lium, & videns eius principium in terra, & hmoi. Df secido, q; licet figura, in quantum figura, & in quantum artificialis, non fit actionis principium, in quantum tamen imago coelestis figuræ, gerit vicé illius, cuius est imago: & sic remaneat questio ambigua simpliciter. Ad hominem vero, quia aut author hic retractat quod concessit in 3. contra Gen. cap. 1. 05. aut nō. Si nō sequitur q; imagines astronomice sint tolerabiles, si sine characterib; fiat: & quod conclusio istarum rationum non vt sonat in loco hoc fit accipienda, & oportet glossam inuenire non destruentem hunc textum: quoniam ibi post discussionem quo modo figura non potest suscipere influxum coelestis virtutis, subiungit hæc verba, Quia vero figuræ in artificialibus sunt quasi formæ specificæ, potest aliquis dicere, quod nihil prohibet, quin constructio nem figuræ, quæ dat speciem imagini, consequatur aliqua virtus ex influentiâ coelesti non secundum quod figura est, sed secundum quod causat speciem artificiatam, quod ad id pertinet virtutem ex stellis. Sed de literis quibus inscribitur aliquid in imagine, vel characteribus, nihil aliud potest dici, quam q; signa sunt hæc ibi. Si vero retractat illa ibi dicta, mirum est, q; non meminerit huius obiectionis, seu euasione de constitutione figuræ, in quantum specificans est. Ordine retrogrado respondendo ad secundum dubium, quod est ad hominem, dicitur, quod cum clare, & apertè in hæc litera concludatur vniuersaliter, quod corpora artificialia ex impressione coelestium corporum nullam virtutem sortiuntur, in quantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: & huic conclusioni repugnet illud, quod ex lib. contra Genes. affertur, scilicet quod artificiatum, in quantum constituitur in specie artificiali, conuenit corpori artificiali in quantum artificiale, immo hoc est constituere ipsum corpus in tali esse artificiali: & rursum hoc non conuenit artificiatum solum secundum materiam naturalem, sed ratione figuræ quæ est forma: in litera autem expresse dicitur, quod non sortiuntur in quantum artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: quia, inquam, clare apparet intentio authoris in litera, quam condidit post libros contra Genes. vt in principio primæ partis ipse insinuat, dicens, quod non solum pro doctis & car. ideo dicitur, quod author non retractat se proprie loquendo: quia illa verba non dixit in propria persona, sed dixit, Posset aliquis dicere: sed confutauit. & exclusit hoc in loco, quod ibi non exclusit. Quod nullum est inconueniens, cum naturaliter homo proficiat secundum intellectum: nec oportuit meminisse specialiter figuræ, in quantum reponit in specie artificiali, summarie docens de artificialibus, in quantum artificialia tam ratione formæ, q; materiæ, vt in litera sit. Sed quoniam author in lib. contra Gen. post discussionem hanc materiam diffinxit figuram ab alijs formis artificia-

vt signis, quia constat characteres nulli naturalium actionis principia. Potest nihilominus litera, & a huius naturalis principium referri ad artificiatum, quasi diceret. Cum figura imaginem actionis principii, necesse est adhibere characterem, quod induat rationem signi, quo mediante operari potest cumque modo hæc verba applicentur ad artificiatum, & characterem signa. Quæ huiusmodi artificiatum minem dubij eligenda sit, ut authoris intentionem aliam in litera, cum infra dicitur, quod non sortiuntur in quantum artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: quia, inquam, clare apparet intentio authoris in litera, quam condidit post libros contra Genes. vt in principio primæ partis ipse insinuat, dicens, quod non solum pro doctis & car. ideo dicitur, quod author non retractat se proprie loquendo: quia illa verba non dixit in propria persona, sed dixit, Posset aliquis dicere: sed confutauit. & exclusit hoc in loco, quod ibi non exclusit. Quod nullum est inconueniens, cum naturaliter homo proficiat secundum intellectum: nec oportuit meminisse specialiter figuræ, in quantum reponit in specie artificiali, summarie docens de artificialibus, in quantum artificialia tam ratione formæ, q; materiæ, vt in litera sit. Sed quoniam author in lib. contra Gen. post discussionem hanc materiam diffinxit figuram ab alijs formis artificia-

D. 613.

Lib. 1. text. 49. tom. 2.

Lib. 10. c. 9. §. 11. & lib. 21. c. 2. §. 5.

K

Ad primum dubium simpliciter videtur in iudicio, quod imagines astronomice aliter non vt corpora artificialia sunt, sed vt effectus deris (licet ministerio humano) non sunt motus, quia impressio, & motus in auro sub tali fidere, opus est executione, & conuulsione influxum coelestem suscipere: hoc autem voluntaria est, & in nostris constituta, ut fidere suscipit in tali tempore. Vnde de huiusmodi legitur, quod capta hora locum, in quod petum fecit in hostes, & liberavit paruum, ut in litera dicitur, & bene, nullus apparet in principium, & propterea factum figuram

ARTICVLVS III.

Verum obseruationes, que ordinantur ad praeognoscendum aliqua fortuna, uel infortunia, sint illicitae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod obseruationes, que ordinantur ad praeognoscendum aliqua fortuna, uel infortunia, sint illicitae. Inter alia. n. infortunia hominum sunt etiam infirmitates: sed infirmitates in hominibus quaedam signa praecedunt, que etiam a medicis obseruantur. ergo obseruare huiusmodi significationes non uidetur esse illicitum.

¶ 2. Præ. Irrationabile est negare illud, quod quasi communiter omnes experiuntur: sed quasi oēs experiuntur, quod aliqua tempora, uel loca, uel uerba audita, uel occurfus hominum, siue animalium, siue distorti, aut inordinati actus, aliquod praesagium habent boni, uel mali futuri. ergo obseruare ista non uidetur esse illicitum.

¶ 3. Præ. Actus hominum, & euectus ex diuina prouidentia disponuntur secundum ordinem quendam, ad quem pertinere uidetur, quod praecedentia sint subsequenti signa. Vnde ea, que antiquis patribus contingerunt, signa sunt eorū, que in nobis complentur, ut patet per Apostolum i. ad Corinth. 10. Obseruare autem ordinem ex diuina prouidentia procedentē nō est illicitum. ergo obseruare huiusmodi praesagia non uidetur esse illicitum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit i. 2. de doct. christ. quod ad pacta cum daemonibus inita pertinent milia inanum obseruationū, puta, si membrum obseruatio salierit, si iustum ambulatibus amicis, lapis, aut canis, aut puer medicus iteruenit. lumen calcare, cū aī domū suā aliq̄s transit, redire ad lectū, si quis cū se calcet, strenuatur, redire domum si procedēs offenderit, cū uestis a foricibus roditur, plus timere superstitiones mali futuri, quā presens damnū dolore.

RESPON. Dicendum, quod hoīes huiusmodi obseruationes attendunt, non ut qualem cās, sed ut signa quaedam futurorum euentuum bonorum, uel malorū. Non obseruatur aut sicut signa a Deo tradita, cū nō sint introducta ex autoritate diuina: sed magis ex uanitate humana, cooperante demonū malitia, qui nitūt aīos hominū huiusmodi uanitatibus implicare. Et iō manifestum est, omnes huiusmodi obseruationes esse superstitiones, & illicitas.

Et uidentur esse quaedam reliquiae idolatriæ, sicut quae obseruabant auguria, & quidam dies fausti, uel infausti, quod quodammodo pertinet ad diuinationē, quae fit per astra, sicut quae diuersificantur dies. Vnde ergo quod huiusmodi obseruationes sint sine ratione, & arte: uel sunt magis uanae, & superstitiosae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod infirmitatum causae praecedunt in nobis, ex quibus aliqua signa praecedunt futurorum morborum, quae licite a medicis obseruantur. Vnde & si quis praesagium futurorum euentuum consideret ex sua causa, non erit illicitum, si si seruus timeat flagella uidēs iram domini sui. Et simile est esse postea, si quis timeret nocumētū alicui puero ex oculo fascinate, de quo dictum est in li. Sicut non est in huiusmodi obseruationibus.

AD SECUNDVM Dicendum, quod hoc quod a principio in istis obseruationibus aliquid ueri homines experti sunt, hoc accidit casu: sed postmodum cum homines incipiunt suum animū huiusmodi obseruantis implicare, multa sicut huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem demonum, ut in his obseruationibus homines implicati, curiosiores fiant, & se magis inferant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris, ut Aug. dicit 2. de doct. christ.

AD TERTIVM Dicendum, quod in populo iudeorū, ex quo Christus erat nasciturus, non solum dicta, sed et facta fuerunt propheticā, ut Aug. dicit contra Faustum, Et iō licitum est illa facta assumere ad nostram instructionem, si cut signa diuinitus data. Non autem omnia que aguntur per diuinam prouidentiam, sic ordinantur, ut sint futurorum signa, unde ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Verum suspendere diuina uerba ad collum sit illicitum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vnde, quod suspendere diuina uerba ad collum non sit illicitum. Non enim diuina uerba minoris sunt efficaciae cum scribunt, quae cum praefurunt: sed licet aliqua sacra uerba dicere ad aliquos effectus, puta ad sanandū infirmos, sicut. Pater noster, uel Aue Maria, uel quali tercumque nomē domini in uocem secū dū illud Marci ult. In nomine meo eiciēt demonia, linguis loquentur nouis, serpentes tollēt. ergo uel quod licitum sit aliqua sacra scripta collo suspendere in remediū infirmitatis, uel cuiuscumque nocumētū.

Secunda Secunda S. Thoma, H H 2

datur, & dicere, Angelus sanctus audiat. Et hoc passim a mulieribus fit & quādo ex quacumque leuitate, uel timore simpliciter corde sunt, putantes se non male facere, sed uane, forsitan, nō sunt superstitiosae, sed uanitatē rei qui haec seruant. Multo magis excusatur a superstitionis uitio, quod ex timore, ne ex celsis influxu preuenies finitū aliquid sit coactus alteri futuri mali: ut si timeat casum in mane signum depressionis futurae ex cōmuni cā celesti. Et breuiter cōter haec uenialia uidentur peccata, ut superius de diuinationibus, & auguriis, & ceteris dictū est, quod superfluum est timor aut irrationabilis.

Super quāst. nonagesime sextae articulum quartum.

IN articulo eiusdem 96. quod aduerte, quod multa obseruantur in his, quae pro Dei reuerentia aguntur, quae superstitiosa apparent, & tū sunt: & dicunt se excusari quia habent talē deuotionē. Verigratia. Patientes contractionem neruorum, accipiunt primum carli num oblatum Crucifixo in paratecū cū adoratur, & ex eo fit anulus, qui gestatus ualet cōtra illa passiones. Dicitur habent deuotionem ad hoc, quia sic dixerunt, & experientur. Ego nescio hos excusare a uanitate, nisi putet quis expertus effectū ex deuotione, quod Deus alicui sancto uiro hoc inspirauerit. Sicut hodie, quae triginta diebus orari fecit pro defuncto, missa numero triginta dicitur pro defuncto. Videtur ergo simplici corde similia credentes, & facientes ex deuotione, excusandi: quia nō peccat, aut uenialiter tantū, ex quo principia se, puta, quod diuina assistat uirtus, potest suscipere.

l. par. q. 117. ar. 3. ad 2.

l. 2. ca. 23. paulo a pri. 10. 3.

l. 4. c. 2. & l. 1. 2. ca. 24. 10. 6.

quod l. 12. ca. 14.